Shutega Vb

LIBER LATINUS

I

PREMA ISTOIMENOJ GAR-ŠUSTEROVOJ (GAAR-SCHUSTER) KNJIZI ZA V RAZRED REALNIH GIMNAZIJA

PRIREDIO

Dr. BRANKO MAGARAŠEVIĆ

GIMNAZ. DIREKTOR

II SKRAĆENO IZDANJE

Odlukom Min. prosvjete S. n. br. 29.903 od 3-VII-1935 na osnovi mišljenja Glavnog prosvj. savjeta S. br. 873 od 4-VII-1935 odobrena je ova knjiga kao privremeni udžbenik privatnog izdanja za V razred realnih gimnazija.

CIJENA 30 DINARA

ZAGREB 1935

NAKLADA JUGOSLOVENSKOG PROFESORSKOG DRUŠTVA
SEKCIJE ZAGREB

Sbutega Vb

LIBER LATINUS

I

PREMA ISTOIMENOJ GAR-ŠUSTEROVOJ (GAAR-SCHUSTER)
KNJIZI ZA V RAZRED REALNIH GIMNAZIJA

PRIREDIO
Dr. BRANKO MAGARAŠEVIĆ
GIMNAZ. DIREKTOR

II SKRAĆENO IZDANJE

Odlukom Min. prosvjete S. n. br. 29.903 od 31-VII-1935 na osnovi mišljenja Glavnog prosvj. savjeta S. br. 873 od 4-VII-1935 odobrena je ova knjiga kao privremeni udžbenik privatnog izdanja za V razred realnih gimnazija.

ZAGREB 1935

NAKLADA JUGOSLOVENSKOG PROFESORSKOG DRUŠTVA
SEKCIJE ZAGREB
KNJIŽARA Z. i V. VASIĆA
(V. VASIĆ i R. N. HORVAT)

ŠTAMPARIJA GRAFIKA (S. KOVAČIĆ), ZAGREB, GUNDULIĆEVA UL. 24

Uvod

(Našim učenicima)

Vi ćete, dragi učenici, danas početi učiti latinski jezik, i odmah ćete se iznenaditi, ako vam kažem da vi već znate nekoliko stotina latinskih riječi. Samo ću vam nekoliko poznatih riječi navesti, koje ćete vi skupa sa mnom pročitati. Počnimo!

Europa, Italia, Sicilia, Roma, Graecia;
Anna, Aemilia, Aemilius, Julia, Julius;
villa, natura, statua, persona, schola.
Koji glas stoji na kraju kod većine ovih imenica?

Napišite sada latinski ove imenice! (Da vam to bude lakše, pročitajte najprije onaj dio iz Gramatike koji govori o naglasku, izgovoru i pismu u latinskom jeziku).

Dalmacija, Panonija, Azija;
Antonija, Aurelija, Viktorija;
figura, forma, medicina, familija.

Što mislite, kojega su roda u latinskom jeziku imenice koje se svršavaju na — a? Kakav rod imaju u srp.-hrv. imenice kao što su ruža, škola i dr.?

Sigurno ćete se zapitati otkuda da se i mi služimo s toliko latinskih riječi u nauci i u običnom govoru. Sjetite se da su u našim krajevima, a i daleko oko nas, vladali dugo vremena stari Rimljani, i da su oni, poslije Grka, bili glavni rasadnici i nosioci ljudskoga znanja i umijeća. Iskoristivši dobro i razumno grčku kulturu, oni su se do velikog stepena razvili na području znanstvenog, umjetničkog, vojničkog i trgovačkog života, i izgradili sigurne temelje evropske kulture i civilizacije.

Otuda u medicini, geografiji, gramatici, pravu, književnosti, prirodnim naukama, tehnici, pa i kod jednog dijela našega naroda i u crkvi, toliko latinskih riječi! Nećemo ni spominjati veliki broj onih riječi koje upotrebljujemo u svakodnevnom go-

voru, a za koje često i ne osjećamo da su tuđe, jer se njima toliko dugo i tako često služimo, da ih smatramo potpuno svojima. (Isp. riječ: škola)!

I ostali su narodi primili golemo i dragocjeno jezično blago od Rimljana! Učeći latinski jezik, vi ćete često naići na mnoge slične riječi u franc. i njem. jeziku, pa ćete i odatle saznati, kako stare latinske riječi — (a i Rimljani su primili od drugih kulturnih naroda mnogo riječi i izraza u svoj jezik) — žive još i danas poslije toliko stoljeća, u raznim jezicima.

Pamtite da je jezik živ organizam i da nastoji, kao i svako drugo živo biće, da se u životu što duže održi, pa makar produžio svoj život i u drugom obliku i izgledu.

A sada počnimo s učenjem latinskoga jezika i upoznavanjem staroga rimskoga života, o kome ste vi već nešto u historiji učili ili dosta toga saznali iz čitanja raznih zanimljivih priča i poznatih historijskih romana, kao što su na pr. „Quo vadis?“, „Ben Hur“ i „Julije Cezar“.

ŠTIVA

I

Lectio prima

Naš zemljovid

Anna: Quid est Sicilia? *Aemilia:* Sicilia est insula. *Julia:* Quid est Graecia? *Rosa:* Graecia est clara terra. *Aemilia:* Quid est Italia? *Anna:* Etiam Italia clara terra est. *Julia:* Quid sunt Graecia et Italia? *Rosa:* Graecia et Italia claraे terraे sunt.

Aemilia: Quis intrat? *Anna:* Magistra intrat. — Puellae salutant. — Magistra tabulam monstrat. Puellae tabulas spectant.

Magistra: Quid Julia monstrat? — Julia Siciliam insulam et Romam monstrat. — Rosa et Aemilia claras terras et magnas insulas monstrant.

Quem magistra laudat?

II

Lectio secunda

Prethodna vježba

1)	Puella parva est.	Puellae parvae sunt.
2)	Cui tabulam monstras?	Puellae tabulam monstro.
	Cui tabulas monstratis?	Puellis tabulas monstramus.
	Cuius filia bona est?	Filia magistrae bona est.
		Plural: Filiae magistrarum bonae sunt.

U posjeti

Aemilia amicas, filias magistrae, visitat. Paulae et Juliae, caris amicis, fabulam novam narrat. Magistra intrat. Filiis

parvis et amicae filiarum uvas pulchras donat. Magna est laetitia puellarum bonarum. Amicae Aemiliae clamant: »Ah, uvae matérculae bonae sunt! Materculam amamus!«

III

Lectio tertia

Prethodna vježba

1) Aemilia amicam rosa et violis ornat.
2) Ubi es, Anna? In villa sum.
3) Ubi estis, puellae? In villa sumus.
3) Quo amicae próperant? E villa in silvam properant.

Plašljive djevojke

Amicae in villa parva magistrae sunt. Rosis pulchris se ornant. In umbra densa silvae vicinae saltant et cantant. Tum fabulis se delectant. Súbito Anna clamat: »Magna bestia, amicae, appropinquat!« Puellae clamant: »Vacca est!« et fugā se servant. E silva in villam properant.

IV

Lectio quarta

Prethodna vježba

Pazite na svršetak i rod imenica kojima ćete značenje odmah i sami moći pogoditi: Christus, Paulus, Julius, Augustus, Aemilius; Nilus, Danuvius; circus, elephantus, camelus, nominativus, artículus.

U ovaj skup imenica spada i pozdrav »servus!« (sluga! Isporedi: sluga pokoran! — Ovaj pozdrav treba izbjegavati.)

Vožnja po Dunavu

Augustus Paulum amicum vocat: »Propera, care amice! Avus meus iam in navicula est«. Paulus amico obtemperat; cum amico ad ripam Danuvii properat. Tum avus: »Ventus secundus est. In naviculam intrate!«

Amici intrant. Avus cum amicis naviculam remis incitat. Iam medio in Danuvio navigant. Avus amicis amoenos vicos, hortos, campos monstrat. Tum de claris pugnis antiquorum populorum narrat. Magna est laetitia amicorum.

V

Lectio quinta

Prethodna vježba

1) Quid vides, amica? Naviculam video. — Amica naviculam videt. (Konjugiraj usporedo laudo i video, a zatim kaži te rečenice u pluralu! Konjugiraj i glagol móneo, opominjem!)

2) Kakav svršetak imaju imenice: gymnasium, monumentum, metallum, substantivum, verbum, theatrum?

Požar u selu

In vico magnum aedificium ardet. Etiam Augustus et Paulus ad incendium properant. Iam villa et stabula aedificii magno in periculo sunt. Sed agricolae in stabula intrant. Flammas non timent; magno studio taurum et vaccas et equos e stabulis servant. Tum multa aqua incendium villae et stabulorum sedant. Sic etiam aedificia vicina periculo liberant. Magnum est gaudium agricolarum.

VI

Lectio sexta

Prethodna vježba

Puer magistrum amat, magister puerum.
Kaži ovu rečenicu u pluralu!

Na času latinskog jezika

Pueri in schola sunt et magistrum exspectant. Magister intrat. — *Pueri:* »Salve, magister!« *Magister:* »Salvete, pueri!« Magister Alexandro, puero bono, imperat: »Récita, Alexander, e libro nostro!« Alexander e libro Latino de viris claris recitat. Tum multi alii discípuli magistro lingua Latina respondent. Magister, vir iustus, pueros pigros ásperis verbis monet, impigros pulchris verbis laudat. Sonat tintinnabulum. *Magister:* »Iam liberi estis negotio vestro. Valete!« *Pueri:* »Vale, magister!«

VII

Lectio septima

Prethodna vježba

Agricola bonus in agro laborat. — Ulmus alta pulchra est.

Pismo prijatelju

Augustus Julium amicum salutat. Apud avum meum, agricolam impigrum, sum. Quam pulchrum est hic esse, in agris laborare, tum in umbra fagorum altarum sedere! In horto avi multae pomi sunt; poma sunt egregia. Saepe cum Antonio, nauta laeto, in Danuvio navigo. Vesperi avus e libris poëtarum clarorum recitat; nam avus meus etiam pulchros libros habet et bonos poëtas amat. Mox me visita! Vale!

VIII

Lectio octava

P r e t h o d n a v j e ž b a

Quid apud avum agi**tabas**, cum vesper e**rat**? In villa e**ram**; apud avum sede**bam** et saepe de Roma et Romanis narra**bam**. Quid vos agi**tabatis**?

O Rimu i Rimljanima

Avus meus saepe de Roma et Romanis narrabat.

Forum Romanum locus clarus Romae antiquae erat.

Aedificia, templa, statuae forum Romanum ornabant. — Romani multa dona deis portabant. Dei saepe Romanis in bello benigni erant. Mercatura Romanis non placebat. Romani enim bellicosi erant. Romani bellis semper gaudebant. Romani saepe multos populos a patria sua arcebant.

IX

Lectio nona

Iz jednoga pisma

A

Ego óppidum meum amo, tu vicum tuum. Mihi cómmoda oppidi placent, tibi campi silvaé-que. Te vita rustica tua delectat. Nunc ego et mei procul a te sumus. Tamen mémores[1] sumus tui et tuorum. Memor es mei!

IX [1] *memor* (pridjev; nominativ plurala memores) sjećajući se; memor sum = sjećam se.

B

Etiam nos vos amamus et vestri memores sumus. Quis nostrum non multa vobis debet? Saepe de vobis vestrisque beneficiis amicis nostris narramus. *Dominus vobiscum!*

V e l i k e p r o t i v n o s t i

Marcus (vel Rosa) semper se laudat, semper de se narrat. Sibi maxime placet. Semper sui et commodi sui studiosus (v e l studiosa) est. Non suos sed se suáque amat.

Sed Paulus et Julius (v e l Paula et Julia) numquam se laudant. Sui et commodorum suorum non studiosi (v e l studiosae) sunt. Libenter sua suis donant.

X

Lectio decima

P r e t h o d n a v j e ž b a

Ubi cras e**ris**? In vico e**ro**; avum visita**bo** et diu ibi mane**bo**. — Quid tu agi**tabis**? Quid amici nostri agi**tabunt**.

(Usporedi oblike imperfekta s oblicima futura!)

Sutra na izlet!

(C o l l o q u i u m)

Magister: Cras, pueri, vobiscum per Singidunum (v e l Zagrabiam vel Emonam) ambulabo. Quis vestrum non gaudebit? *Aemilius:* Cunctis gratum erit. Ubi autem ambulabimus? Quid videbimus? *Magister:* Clara monumenta et pulchra aedificia spectabitis. Tum in museo erimus. Ibi arma antiqua, galeas, scuta, gladios, hastas spectabimus. Valde gaudebo, si boni et attenti eritis. *Julius:* Certe cuncti discipuli tui boni attentique erunt et cuncta memoria tenebunt.

Filius mei avunculi nos interrogat: »Ubi cras éritis?«

XI

Lectio undecima

U p o r e đ e n j a

Hic vicus parvus est, ille magnus. Aedificia huius vici exigua sunt, aedificia illius vici ampla. Illi vico multi et lati agri finitimi sunt, huic (vico) pauci. Ego hunc vicum amo, tu illum; ego enim in hoc vico natus sum, tu in illo.

Haec villa módica est, illa magnifica. Hortus huius villae non tam pulcher est quam illius (villae[1] hortus). In hac villa ipse cum meis habito, in illa medicus noster.

Non solum hoc oppidum ipsum magis amo quam illud, sed etiam amoena loca huic oppido finitima magis mihi placent.

Hi vici, hae villae, haec oppida, ubi ipsi nati sumus, nobis maxime placent. Hos campos, has silvas, haec prata magis amamus quam praeclara loca terrarum alienarum.

XI 1 S. 30 e! (= Sintaksa § 30, e!)

XII

Lectio duodecima

Prethodna vježba

Activum:

Puerum bonum magister laudat. Ventus undas movet,

Passivum:

Puer bonus a magistro laud**atur.** Undae vento mov**entur.**

Kasna jesen

Non multum autumni súperest. Saepe terra densis nebulis obscuratur. Fagi altae asperis ventis agitantur. In agris hic illic corvus niger videtur. Deserta sunt illa prata, ubi laeta turba nostra variis ludis delectabatur. Quanto gaudio tum animi nostri complebantur! Mox haec forma silvarum et camporum mutabitur. In candidis pratis laeti pueri puellaeque videbuntur.

XIII

Lectio tertia decima

Prethodna vježba

A quo laud**aris,** Paule? A magistro laud**or.**
A quo mone**mini,** pueri? A magistro mone**mur.**

Prepirka na izletu

(Colloquium)

Dux[1]*:* Moneris a me, Marce, quod hi pueri semper a te vexantur. Quomodo, amici, a Marco vexabamini?

Paulus: Irridebar a Marco, quod parvus sum. *Julius* et *Antonius:* Increpabamur ab hoc malo amico et plagis ludo prohibebamur. *Dux:* Quid autem tu[2], Marce? *Marcus* tacet. *Dux:* Nisi placidus eris, tecum iam non ludis delectabimur. Iam non amicus a nobis habeberis. Excusa te! *Marcus:* Non iucundum est semper moneri et vituperari. Veniam mihi date, amici! A me iam non vexabimini.

XII 1 dux, m. = vođa. — 2 Dopuni: kažeš.

XIV

Lectio quarta decima

Poziv u goste

Augustus: Ecce epistula avi! In villam suam me invitat. Ah! Is tam bonus est. Valde eum amo et valde ab eo amor. Multa gaudia ei debeo. Ob eam causam eius et beneficiorum eius semper[1] memor ero. Id avo statim respondebo.

Etiam avia benigna est. Sed ea puellas magis amat. Earum studia magis ei placent. Iis semper fabulas suas narrat. Mihi fabulae eius non gratae sunt.

Inter ea colloquia aviae et puellarum Philíppum amicum visitabo. Idem est animus noster, éadem figura. Nunc iam non discipuli eiúsdem scholae sumus. Sed nunc quoque eorúndem puerorum amici et inimici sumus. Idem nobis placet, eadem nobis dísplicent. Quam cara mihi est fida eius amicitia!

XIV 1 Vidi IX štivo, primjedbu 1! — Vidi S. 30 e!

XV

Lectio quinta decima

Prethodna vježba

1) Pueri saepe de factis Romanorum narrabant. Heri Paulus de Romulo narr**avit.** Amici valde eum laud**averunt.** Nam de illo nondum narr**averat.**

2) Magister heri me món**uit.** Pensum meum ei non plac**úerat.**

3) Quis heri apud te fu**it**? Amici mei apud me fu**erunt.**

Naša domovina u rimsko doba

(Tabulas vestras spectate!)

Singidunum olim oppidum Romanum fuit. Etiam Emona[1], Siscia, Mursa, Sirmium, Taurunum, Naissus, Salonae oppida Romanorum fuerunt. Nam populus Romanus etiam patriam nostram occupavit et imperium suum diu in terris nostris obtinuit.

Romani in patria nostra firma castra et castella et vias longas latasque aedificaverunt; sic populos bellicosos ab imperio Romano diu arcuerunt. Romani in terris nostris provincias Pannoniam, Dalmatiam, Moesiam formaverunt.

Ante Romanos Celtae terris nostris imperaverant. Illi pauca oppida habuerant; plerúmque in vicis parvis habitaverant. Vita eorum nondum culta fuerat. Hanc Romani eos docuerunt. Sic etiam patria nostra Romanis antiquis multa bona debet.

XV. [1] Zagreb nije postojao u rimsko vrijeme.

XVI

Lectio sexta decima

Prethodna vježba

Ubi heri fuísti, amice? Cum Paulo in eadem silva fui, ubi nuper tecum fúeram. Quid agitavistis? In silva ambulavimus.

Boravak dvaju rimskih mladića u Solinu

Quintus et Sextus, filii veteranorum Romanorum, cum suis in vico prope Salonas habitaverunt[1].

Quintus: Frustra, amice, heri te exspectavi. Quid agitavisti? *Sextus:* In oppido fuimus, ego et Decimus amicus. *Qu.:* Iam nuper ibi fueras. *S.:* Certe; tum oppidum cum avunculo meo spectaveram. Is enim in castris eiusdem oppidi militat. *Qu.:* Quid heri spectavistis? *S.:* Multas horas pulchrum illud oppidum peragravimus. In foro magnifica templa deorum Decimo monstravi. Magnam turbam virorum et feminarum paene timuimus. Valde dolui, quod non nobiscum fuisti. *Qu.:* Ego quoque id doleo.

XVI. [1] Rimski su se vojnici obično ženili tek poslije otsluženog vojnog roka. Oni su ponajviše stanovali ili u mjestu gdje su vojni rok služili ili u blizini toga mjesta. — [2] S.30 d.

XVII

Lectio septima decima

Prethodna vježba

Izreke: Dies diem docet. — Est modus in rebus.

Često upotrebljeni izraz: Bona fide[1].

Pitanje: Quando me visitabis? Meridie (vel feriis) te visitabo.

Zima dolazi!

Iam novam speciem terra praebet. Specie candidae planitiei oculi nostri valde delectantur. Nunc post meridiem saepe per glaciem duram aut per clivos candidos magno cum studio volamus. Feriis autem huic rei multo magis studebimus.

Mox enim dies festi áderunt. Otium illorum dierum magno cum gaudio exspectamus. Multas et pulchras res non sine bona spe optamus. Quam laeti erimus diebus festis!

XVII [1] Dopuni: to sam učinio.

XVIII

Lectio duodevicesima

Prethodna vježba

Heri magister amicum meum *laudavit,* me *vituperavit.* Heri amicus meus a magistro laud**atus est,** ego vituper**atus sum.**

Sed nuper ego quoque laud**atus eram.**

Senat i rimska vojska

Senatus Romanus consilium publicum Romanorum fuit. Senatus rem publicam Romanam diu magno usu gubernavit. Magistratus Romani senatum adiuvabant; nam senatus consulta administrabant.

Senatui et summis magistratibus etiam exércitus Romanus obtemperabat. Ab exercítibus Romanis multae terrae expugnatae sunt. Victorias exercituum Romanorum poëtae versibus praeclaris laudaverunt. Intérdum autem Poeni et Galli exercitus Romanos impetu suo acie superaverunt. Sed senatus in rebus adversis numquam desperavit, sed animum exercitus et populi confirmavit. Sic res publica Romanorum a senatu e summis periculis servata est.

S. P. Q. R. (= Senatus populúsque Romanus).

XIX

Lectio undevicesima

Prethodna vježba

Heri a magistro monitus **sum**; iam nuper ab eo monitus **eram.** Marcus a nobis iam non amicus habitus (est), sed ludis prohibitus **est.**

Fides debita semper tibi a me praebita **est.**

Rimska kuća

Domus Romana olim aedificium rusticum fuit. Romani enim diu agricolae modici fuerunt. Media in illa domo atrium erat, ubi flamma foci ardebat. Circa focum domus Romanae saepe vir, femina, liberi, servi sedebant.

Póstea autem Romani bellis secundis magnas divitias sibi paraverunt. Tum domos amplas et magnificas aedificabant. In iis domibus atria splendida et porticus pulchrae erant. Eae domus auro et argento, picturis et statuis ornabantur.

Quid vides in tabula?

Proverbium: Manus manum lavat.

Česta skraćenica: **m. p.** (= manu propria[1]).

Zanimljiv naziv

Exercitus Romanus duo »cornua« habebat, cornu dextrum et cornu sinistrum. Cum quo Romani exercitum hoc verbo comparabant?

XIX [1] Dopuni: on je to napisao.

XX

Lectio vicesima

1) O čitanju

Quid legis, amice? Novum librum lego. — Amicus novum librum legit.

Quid legitis? Pulchros libros legimus. — Amici pulchros libros legunt.

Hoc lege! Haec légite? Id légere debetis.

Cum mihi otium erat, hunc librum legebam.

2) Pitanja

Prethodna vježba: Kako glase oblici upitne zamjenice quis? quid?

Quis puer (quae puella) pensum non habet? Marcus (Julia). Qui puer Marcus est? Puer non bonus. Qui pueri (quae puellae) libenter discunt? Respondete! Cuius magistri (quorum magistrorum) discipuli estis? Quem librum, quam fabulam legis? Quos libros amatis? Qua[1] re[1] maxime delectamini? Quibus cum pueris luditis? Quod studium (quae studia) colitis?

3) Moj najmiliji učitelj

Is magister, qui maxime a me amatur, vir iustus ac benignus est. Ii, qui boni sunt, ab eo saepe laudantur. Sed Marcum, cuius diligentia non magna est, nonnumquam monet. Pueros, quorum pensa semper mala sunt, vituperat. Discipulis, quibúscum libenter ambulat, pulchras res monstrat. Cuncta, quae nos docet, libenter disco. Saepe hic optimus magister, quem maxime colo, cui magnam gratiam habeo, dicit: »Quod discis, tibi ipsi discis; non mihi neque scholae«.

Iz biblije: *Qui non est mecum, contra me est.*

Proverbium: *Carum est, quod rarum est.*

XX [1] kojom stvari? = čime?

XXI

Lectio vicesima prima

Prethodna vježba

Da li ste čuli ove riječi: pastor, professor, carcer? Znate li još koju ovaku riječ?

Seljak i vojskovođa

L. Quinctius Cincinnatus senator Romanus fuit. Ut mos Romanorum antiquorum erat, agrum ipse colebat. Laborem rusticum non vitabat, sed labori illi duro magno cum amore studebat. Neque summi honores hos mores modici illius hóminis mutaverunt.

Aliquando enim unus e duobus consúlibus cum Aequis male pugnaverat. Summo in periculo senatores Cincinnatum

dictatorem dicunt et per legatos ab aratro ádvocant. Cincinnatus Aequos superavit, Romam timore ac terroribus liberavit. Tum more imperatorum victorum triumphavit. Post paucos autem dies more patrio rursus agrum aravit.

Iz biblije: *Ego sum pastor bonus. — Ecce homo!*

XXII

Lectio vicesima altera

Prethodna vježba

Riječ *religija* dolazi od latinske riječi religio, gen. religionis. Kako, prema tome, glase u latinskom jeziku ove riječi koje često upotrebljujemo: divizija, fabrikacija, lekcija, nacija? Navedi još nekoliko takvih imenica! Kojega su roda u našem jeziku ove imenice?

Obiteljski život kod starih Rimljana

Familia Romana e patre, matre, liberis, servis constitit[1]. Patri familias non solum liberi servique, sed etiam uxor parere debebat.

Viri órdinis senatorii liberos plerumque non ipsi educabant. Filii filiaeque eorum a muliéribus et servis doctis educabantur. A servis illis, qui origine Graeca erant, pueri etiam sermonem Graecum discebant. Mulieres liberos mores bonos et religionem severam maiorum docebant.

Cui autem rei Romani, qui multas nationes superaverunt, magnitudinem imperii debent? Non solum egregiae fortitudini ac disciplinae legionum Romanarum, sed imprimis bonae educationi liberorum.

Izreka: *Consuetudo est quasi altera natura.*

1 *constiti* je perfekt od consto, constare = sastojati se.

XXIII

Lectio vicesima tertia

O ukradenu pijetlu

Duo latrones gallum comprehendunt et asportant. Ille autem clamat: »Cur me vexatis? Nihil[1] peccavi. Nemo me

1 ništa; ovdje: baš ništa

increpat, a nullo vexor, nullius inimicus sum, nemini noceo, neminem violo. At hominibus multum prosum.«

Latrones ei respondent: »Qua re hominibus prodes?« Gallus superbus: »Totius anni fructus,« inquit, »homines mihi uni ac soli debent. Nam mane ad labores eos voco.« Deinde latrones inter se: »Ob eandem causam eum necabimus. Nulla enim re tanta pericula nobis parantur quanta eius clamore.«

Pater: Quid haec fabula docet? Dic, Aemilia! *Aemilia:* Quod alteri prodest, alteri obest. Nam aliud boni, aliud mali optant.

XXIV

Lectio vicesima quarta

Prethodna vježba

Već ste svakako čuli riječ *„kvalitet"*. Ova riječ dolazi od lat. qualitas, gen. qualitatis. (Usporedi: genitivus qualitatis!) Kako glase, prema tome, u latinskom jeziku ove riječi: univerzitet, humanitet, pijetet?

Varia

Iz evanđelja

Ego sum lux mundi. (Verba Christi.)
Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis!

Izreke, stihovi i dr.

Vox populi, vox Dei. — Salus civitatis suprema lex.
Patria potestas (= potestas vitae necisque liberorum).
Nulla salus sine virtute, nulla virtus sine labore.
Nón opibús virtús, sed opés virtúte parántur. (Versus.)[1]

Iz jedne studentske pjesme

Post iucundam iuventutem, post molestam senectutem nos habebit humus.

Ocjena na ispitu: *Summa cum laude.*

Pitanje: *Quid fuit plebs Romana?*

Duo proverbia:

Quod ante pedes tuos est, non vides. — Gutta cavat lapidem.

XXIV 1 Naglasak vokala u lat. stihovima često se ne slaže s naglaskom u samoj riječi.

XXV

Lectio vicesima quinta

Naš direktor na času latinskog jezika

Rector noster heri nos visitavit et a pueris pensa Latina postulavit. Nonnuli discipuli mala pensa habebant. Amici fratris mei pensa optima heri habuerunt. Tum rector noster pueros bonos a toto grege discipulorum separavit. Atque impigris: »Laudo,« inquit, »diligentiam vestram. Vos sacerdotes Domini eritis, iudices civitatis, duces militum, equites et comites regis, custodes patriae nostrae. Vos bonos discipulos gymnasii nostri habebo.«

Pigros autem iratus his verbis vituperavit: »Vos estis mali heredes gloriae paternae, indigni nepotes avorum egregiorum! Mutate mores vestros aut a rectore vestro nihil impetrabitis!«

Razno

Divites parentes saepe pauperes liberos habent. — Fratres sororibus semper cari sunt. — Nabroj sva dosad poznata obiteljska imena na lat. jeziku u sing. i pluralu!

XXVI

Lectio vicesima sexta

1) A quo instrúeris (instruímini)? A magistro bono instruor (instrúimur).

2) Quid cras disces (discetis)? Nova verba discam (discemus).

Iz rimskog školskog života

In schola Romana Publius, novus discipulus, familiā divite natus, apparet. A servo in scholam ducitur; nam apud Romanos filii divitum parentum a servis in scholam ducebantur. Salutatur a pueris.

Tum *Publius:* Salvete! Adhuc a servo Graeco nostro instruebar. Nunc autem a patre ad Orbilium, praeclarum professorem vestrum, mittor. *Titus:* Vae tibi! *P.:* »Cur? Quid hīc agitur?« *Gnaeus:* Ad severum magistrum mitteris. Cogimur enim ab eo multos versus Graecos Homeri poëtae ediscere. Qui eos male recitant, caeduntur. *P.:* Ego non caedar. *Horatius:* Caederis, mihi crede! Nos cuncti iam saepe caedebamur. Non sine causa Orbilius a nobis per iocum »plagosus«[1] dici solet.

XXVI 1 plaga = šiba; plagosus = koji rado šiba; ovdje u šali: „batinaš"

XXVII

Lectio vicesima septima

Varia

Naši predi

Maiores nostri erant robusti. Vulnera iis decori erant; ignaviam summum scelus putabant. Flumina et silvas colebant. Robur eorum corporis magnum erat. In proeliis saepe carmina pulchra canebant. Apud eos hospitem violare scelus magnum habebatur. De maioribus nostris rerum scriptores veteres nobis multa narrant.

Nazivi u gramatici

Adiectiva linguae nostrae haec genera habent: genus masculinum, genus femininum, genus neutrum. Quid significat tempus futurum?

O pravnoj znanosti starih Rimljana

Ius Romanum docet: Ignorantia iuris nocet. — E iure Romano: Cui bono[1] (est)?

XXVII 1 bono = na korist *S 8!*

XXVIII

Lectio duodetricesima

Sententiae

Quot capita, tot sententiae. Mel in ore, fel[1] *in corde.*

Iz Sv. pisma

Educam populum meum in terram, quae fluit lacte et melle.

Nadgrobni natpis

Hic sita sunt ossa Claudiae, puellae decem annorum.
Ave, cara puella!

Medicinski izrazi: *Fractura*[2] *cruris. — Vitium cordis.*

Lat. naziv za dûg: *Aes alienum.*

XXVIII 1 fel, fellis n. = žuč; otrov — 2 fractura = prelom.

Zima je na izmaku!

Longa atque aspera haec hiems fuit. Saepe hac hieme per glaciem vel per clivos candidos volabamus. Sed sole calido glacies iam solvitur. Iam ver gratum appropinquat. Iam nobis in animo est iter longum in illum vicum, in quo vere et aestate multa gaudia nobis parabantur. Quam laeta erunt pulchra itinera per campos variis floribus ornatos!

XXIX

Lectio undetricesima

Proverbia

Amicus verus rara avis. — Praeclarus custos ovium lupus. — Vulpes pellem mutat, non mores. — Fames cibi condimentum.[1]

Rečenica koju su Rimljani s ponosom izgovarali:

Civis Romanus sum!

Još o starom Rimu!

Roma antiqua, caput orbis terrarum, in septem collibus et in iis vallibus sita erat, quae inter colles illos patebant.

Prima Romanorum[2] sedes fuit collis Palatinus, in quo postea aedes magnificae imperatorum erant. Sub eo colle forum Romanum patebat, cuius aedificia marmore candido splendebant[3]. Ibi imperatores victores post cladem hostium triumphabant. In Capitolio praeclara aedes Iovis Capitolini erat. Nunc in Capitolio statuam imperatoris Marci Aurelii videmus, qui in finibus nobis vicinis mortuus est.

Pitanje: Quo mense Iulius natus est? Mense Martio.

XXIX 1 condimentum,-i, n. = začin. — 2 S. 30*f*. — 3 splendeo, -ere = sjati se od (na pr. zgrade od bijelog mramora).

XXX

Lectio tricesima

Prethodna vježba

Quae urbs est maxima urbium nostrarum?

O Eneji

Certe multis vestrum bellum Troianum notum est, de quo Homerus poëta summa arte multa narravit. De Aenea, Veneris filio, Troianorum duce et auctore gentis Romanae, Vergilius poëta haec fere narrat:

Graeci[1], postquam Troiam dolo Ulixis expugnaverunt, arcem urbemque igne vastaverunt et maximam partem civium necaverunt. Tum Aeneas cum suis fugae se mandavit. Nocte Anchisam patrem senem umeris ex urbe portavit. Etiam filium parvum e mortis periculo servavit. Deinde cum ceteris Troianis servatis classe paucarum navium in Italiam navigavit. In Latio novum regnum sibi paravit, e quo gens Romana orta est.[2]

Sententia: *Mens sana in corpore sano.*

XXX 1 Vidi S. 30f! — 2 ortus (3) est = rođen je, proizašao je.

XXXI

Lectio tricesima prima

Prethodna vježba: Quid agis, amice? Malo dente laboro.

Uskršnji pozdrav iz Rima

(Epistula)

Aemilius Paulo suo sal[1].

Festos dies Paschae[2] cum patre in urbe Roma ago. Sed post imbres crebros febri laborabam, cuius vis magna erat. Vix molestam sitim tolerabam, quā valde vexabar. Vires meae infirmae erant. Sed nunc condicio virium mearum iam bona est.

Heri in monte Capitolino fuimus. E turri Capitolina totam urbem aeternam spectavi: magnum numerum ecclesiarum[3] et turrium, Tiberim amnem eiusque pulchros pontes. Extra urbem multos arcus antiquorum aquaeductuum videmus, quibus aqua egregiorum fontium etiam nunc in urbem ducitur. Tum ecclesiam Sancti Petri et magnificam domum[4] Vaticanum spectavimus. Ex urbe Neapoli iterum ad te scribam.

Mitto tibi navem sine prora et puppi.

XXXI 1 sal. = salutem (pozdrav) dicit. — 2 Pascha, -ae, f. (jevrejski passah) = Uskrs. — 3 ecclesia, -ae, f. = crkva. — 4 domus, ovdje: palača.

XXXII

Lectio tricesima altera

Sententiae

Símilis simili gaudet.

Omne principium difficile. (Vel: Omnium rerum principium difficile est.)

Omnia praeclara rara. — Amicorum communia omnia.

Naše Jadransko More

(Epistula)

Aemilius Paulo suo sal.

Vidi[1] Spalatum, vidi mare Hadriaticum, nostrum mare caeruleum! Heri luna plena e colle alto nobilem illam urbem spectavi, portum pulchrum, amoena litora maris, praeclaras regiones Dalmatiae cum montibus vicinis: hoc est exemplar pulchritudinis!

Hodie tres horas[2] leni vento in mari alto navigavimus. Magnas naves ibi vidi, quibus utiles res in longinquas terras exportantur.

Deinde per urbem ambulavimus, cuius[3] in viis magnus tumultus est. Hīc saepe etiam asinum vides, ánimal domesticum agricolarum sedulorum. Haec animalia onera gravia per vias portant.

Nostrum mare Hadriaticum omnibus placuit, placet, placebit. Hoc mare pulchrum semper nostrum manebit! Vale!

XXXII [1] Vidi (perf. od video) — [2] S. 7 b! — [3] S. 30 d!

XXXIII

Lectio tricesima tertia

Sententiae

Sapiens omnia sua secum portat. — Felix, qui nihil debet. — Procul amici viri infelicis. — Acer oculus inimici. (Plural: Acres oculi inimicorum.)

Staro zlatno doba

Célebris est aurea aetas, de qua poëtae antiqui haec fere narrant:

Homines simplices ac constantes erant; sine legibus mores bonos colebant. Nondum nautae audaces nave celeri in mare ingens navigabant. Non equus alacer calcari acri incitabatur, non arma acria militum fortium erant. Mortales enim nondum atrocia bella gerebant, sed pax aeterna erat. Terra fertilis ipsa[1] sine labore ac cura felicium mortalium omnibus paria dona donabat. Atque etiam flumina lacte et melle dulci fluebant. Ver aeternum erat; mollibus ventis et suavi odore florum homines felices delectabantur.

XXXIII [1] sama (od sebe).

XXXIV

Lectio tricesima quarta

Sententiae

Qualis dominus, talis servus. — Quod licet Iovi, non licet bovi. — Amicus certus in re incerta cernitur.

O rimskim bogovima

Summus omnium deorum Iuppiter erat, dominus caeli et terrae, quem poëtae patrem deorum hominumque appellabant. Aquila et quercus Iovis sacrae erant. Uxor eius erat Iuno, regina deorum. Minerva virgo, Iovis filia, dea sapientiae et bonarum artium erat. Etiam Mars, deus belli, apud bellicosum populum Romanum, summo in honore erat. Is enim deus pater Romuli, conditoris Romae, auctorque populi Romani habebatur. Apollo pulcher[1] adulescens[1] vel iuvenis fingebatur, qui arcum aut lyram[2] manibus[3] tenebat. Diana, Apollinis soror, dea venationis, cum grege canum velocium silvas peragrabat.

Praeterea Romani Venerem, Aeneae matrem, Cererem, deam agriculturae, Bacchum, vini deum, Mercurium, patronum mercatorum, multosque alios deos et deas colebant.

XXXIV [1] kao lijepi mladić — [2] lyra, -ae, f. = lira. — [3] u rukama.

Rimski mjeseci

Quae sunt nomina mensum (mensium) Romanorum? Mensis Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, Maius, Iunius, Iulius, Augustus, September, October, November, December. — Cur mensi Septembri[4] hoc nomen est? Quis vestrum mense Aprili, qui mense Decembri natus est?

Česti natpis na ulazu u rimsku kuću:

CAVE CANEM!

XXXIV[4] S. 9 a!

XXXV

Lectio tricesima quinta

Prethodna vježba

Unde ven**is** (ven**itis**)? E schola ven**io** (ven**imus**). Etiam fratres e schola ven**iunt**. Plerumque meridie ven**iebas**. Quando cras ven**ies**? Hora[1] prima[1] ven**iam**. Hora tertia ven**i** ad me!

Pamti! Multa[2] scire saepe est[3] multum nescire.

Iz propovijedi na gori!

Petite, et dabitur vobis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis.

Kažnjena lijenost

(Ignavia puniri solet.)

Avia: Iam-ne fabulam de pigra ancilla audivistis? *Puellae:* Non audivimus. *Avia:* Audite igitur!

Ancilla pigra, quae dominae impigrae serviebat, libenter diu dormiebat. Sed cottidie prima luce galli cantu e somno excitabatur. Itaque bonae huic bestiae valde inimica erat. Aliquando galli vox iam multa nocte audita est. Tum ancilla irata, quod gallus somnum suavem eius impediverat, crudeli manu eum necavit. Postquam autem gallus miser vitam finivit, ancilla suo[4] facinore punita est. Quod enim galli cantus iam non audiebatur, domina plerumque iam media nocte ancilla excitabat.

XXXV [1] po našem računanju vremena — [2] mnogo raznovrsne stvari — [3] je = znači — [4] vlastitim.

XXXVI

Lectio tricesima sexta

Prethodna vježba

Haec arbor alt**ior** est quam illa. Hoc templum illo alt**ius** est. — Hae arbores illis alt**iores** sunt. — Haec templa illis alt**iora** sunt.

Hic mons omnium altissimus et pucherrimus est.

Proverbium: *Nihil utilius sale et sole.*

Naša domovina

(Comparatio)

Patria nostra pulchrior et clarior est quam multae aliae terrae. Caelum montanarum regionum asperius et frigidius est quam caelum calidiorum et fertiliorum regionum, ubi homines puriore aëre et clariore lumine solis delectantur.

Nonnullae urbes patriae nostrae celebriores sunt quam multae aliae urbes. Quae urbs celebrior est Singiduno, pulchrior Zagrabia, amoenior Emona? Etiam aliae nostrae urbes clariores et pulchriores multis urbibus Europae sunt.

Nobilissimus fluminum nostrorum est Danuvius, qui ne Rheno quidem pulchritudine[1] superatur. Pulcherrimi[2] sunt[2] lacus[2] nostrarum montanarum regionum, ubi homines pauperrimi, sed simplicissimi et constantissimi vivunt, qui in bello semper milites fortissimos se praebuerunt.

XXXVII [1] po ljepoti — [2] = vrlo su lijepa jezera.

XXXVII

Lectio tricesima septima

Comparationes

Hi fratres facie simill**ima** sunt, ingenio dissimill**imo**.[1] Vituperare facill**imum** est, emendare difficill**imum**. — Ferrum auro *magis necessarium* est; nam ad multas res *maxime idoneum* est.

XXXVII [1] S. 15 c!

Još o našoj domovini!

In ripis pulcherrimis Danuvii nostri plurimae urbes sitae sunt. In collibus nostris plures rivi ac plura flumina sunt quam in multis aliis montibus Europae. Etiam plurimi lacus hic inveniuntur; amoenitas complurium lacuum nostrorum celebris est. Fluctus nostri maris Hadriatici maximo cum sono in litora nostra se illidunt.

Montes paucarum Europae terrarum altiores et magis ardui sunt quam montes patriae nostrae.

Plurimi incolae regni nostri sunt agricolae maxime industrii, qui saepe in humillimis casis vivunt. Divitiae regionum nostrarum in agris fertilissimis atque silvis densissimis sitae sunt.

Sententiae

Melior est certa pax quam sperata[2] *victoria.*
Malus est error, peior defensio erroris, pessimum mendacium.

XXXVII [2] = (u nadi) očekivana; kojoj se nadamo.

XXXVIII

Lectio duodequadragesima

Prethodna vježba

Ponovite dosad poznate oblike glagola esse, prodesse i obesse!

Razne misli

Praeterita mutare non possumus. — Per risum multum poteris cognoscere stultum. — Nemo omnia pótuit.

O kornjači i orlu

Testudo, quae aquilam spectabat: »Quam iucundum est«, inquit, »volare posse! Heus tu, aquila, potes-ne mihi artem tuam monstrare?« Ad haec aquila: »Tu volare non poteris,« inquit, »nam alae tibi desunt. Sine alis nemo umquam volare poterat neque poterit.« Sed testudinem a consilio malo aquilae verba revocare non potuerunt. »Si iam ipsa«, inquit, »volare non possum, at tu me tuis alis portabis.« Tandem aquila: »Quamdiu potuero, portabo te.«

Aquila diu grave onus portare non potuit. Qualis finis infelicis testudinis erat? Cui vestrum id notum est?

Razno

Epistulam tuam, care amice, maximo cum gaudio lēgi. Etiam ego heri ad te scripsi. — A fratribus meis libri utiles semper lecti sunt. — Vae victis! — Iucundi sunt acti labores.

XXXIX

Lectio undequadragesima

Prethodna vježba

1) Pulsat áliquis portam. Quis adest? Amicus quidam adest. Aliquid nobis nuntiabit.

2) Valde gaudebo, ave, si mecum ambulabis. Veniés-ne, si te rogavero? *Avus:* Veniam, si me rogaveris, (si a te rogatus ero).

Versus

Dónec[1] *eris felix, multós numerábis amícos;*
témpora si fuerint[2] *núbila*[3]*, sólus erís.*

Razno

Patrem hodie venire audio. — Matrem heri venisse audivimus. — Historia docet multas urbes a Romanis expugnatas esse. — Hannibalem armis vicisse, vitiis victum esse legimus. —

Omnes scimus Ciceronem clarum oratorem fuisse.

Dva odlučna protivnika

Hannibal, summus ille Carthaginiensium imperator, periculosissimus hostis populi Romani fuit. Hannibalem iuravisse in historia legimus: »Dum vivam, hostis Romanorum ero. Non prius hoc odium deponam, quam vita mea finita erit.«

* * *

Cato Maior, egregius senator Romanus, summo odio Carthaginis inflammatus erat. Saepe in senatu a Catone acerrimas orationes contra Poenos habitas esse audivimus, quarum finis hic fere fuit: »Pacem tutam non habebimus, nisi Carthago a legionibus nostris expugnata erit, nisi moenia et tecta illius urbis deleta erunt. Ego tum demum Carthaginem timere desinam, cum hunc nuntium audivero.«

XXXIX [1] donec (= dum) = dok, dok god — [2] budu bila (= postanu) — [3] nubilus, 3 = oblačan; ovdje: težak, nesretan - [4] *Primjedba:* XXXIX štivo treba, kao i ostala veća štiva, u dvaput obraditi.

XL

Lectio quadragesima

Prethodna vježba

Ponovite dosad naučene složenice od esse!
Nadgrobni natpis: *Sit tibi terra levis!*
Želja: Utinam semper beatus sim (essem)!
Upozorenja: Bono animo simus! — Ne sitis ingrati!
Što znači: Tempus praesens?

O bolesnom vođi jedne igre

(Colloquium)

Publius: Utinam iam sanus essem! Utinam ne diutius amicis deessem, qui ducem absentem valde desiderant! *Mater:* Etiam studiis tuis vix prodesset, si diutius a schola abesses. *P.:* Plurimum discere debebo, cum tum diu a schola afúerim. Utinam ne aeger fuíssem! *M.:* Cum tu sociis tuis saepe adfueris, ii quoque libenter tibi aderunt. *P.:* Utinam medicus iam adesset! *M.:* Ecce medicus! Lupus in fabula! *M. et P.:* Salve! *Medicus:* Salvete! Quid agis, carissime? — Ne diutius solliciti simus! Cum et febri et dolore pectoris liber sis, cras iam ludis amicorum praeeris. Sed sit modus in rebus! Nisi enim cursus nimis celer valetudini tuae multum obfuisset, morbus tuus non tam gravis fuisset. Valete! *M. et P.:* Vale!

XLI

Lectio quadragesima prima

Sententiae et versus

Oremus et laboremus — Gaudeamus igitur, iuvenes dum sumus! — Vivat academia[1]*, vivant professores! — Qui aures habet, audiat! — Audiatur et*[2] *altera pars! — Cura, ut valeas! — Do, ut des.*

Žabe i njihovo junaštvo

Ranis quondam nimia libertas displicuit. Itaque una: »Iovem rogemus«, inquit, »ut regem nobis mittat, ne diutius

XLI 1 academia, -ae f. = akademija, visoka škola — 2 ovdje znači isto što i etiam.

consilio ducis careamus«. Ceterae parent. Iuppiter autem arboris truncum in aquam demittit. Ranae timide palude se occultant.

Tum timidissima: »Utinam ne a rege tam terribili regar, sed hoc metu tandem liberer!« Alia autem: »Ne terreamur, amicae! Regem novum cognoscamus!« Statim ipsa trunco appropinquat et: »Suadeo vobis«, inquit, »ne terreamini. Non est periculum«.

Mox omnes in ligno sedent et ab Iove petunt, ne a tam inutili rege gubernentur. Deinde Iuppiter, ut eas puniat, hydram[3] iis mittit, quae statim multas ranas necat. Reliquae Iovem óbsecrant, ut miseris auxilio veniat. Sed frustra; Iuppiter preces ranarum stultarum non audit.

XLI 3 hydra = vodena zmija.

XLII

Lectio quadragesima altera

Prethodna vježba

Rogas me, ut te ádiuvem — Rogavisti me, ut te adiuvarem.

O Damonu i Finfiji

Dionysium, tyrannum Syracusarum, cum in cives crudelissime saeviret, Damon necare temptavit, ut patria a tyranno liberaretur. Sed custodes eum comprehendunt et tyranno tradunt. Is imperavit, ut ille cruci figeretur. Damon autem a tyranno spatium tridui petit, ut sororem sponso in matrimonium det. »Obsidem[1] reditus mei«, inquit, »Phintiam amicum tibi dabo«. Facile id a tyranno impetrat.

Tertio autem die Damon, cum casu quodam reditu prohiberetur, iam de salute amici desperavit. Iam hora destinata adfuit. Cum Damon non appareret, tyrannus imperavit, ut Phintias ad supplicium duceretur. Eo ipso tempore Damon advolavit, ut amicum servaret. Dionysius autem mira illa amicitia motus exclamavit: *„Utinam ego tertius*[2] *vobis amicus*[2] *adscriberer“.*

XLVII 1 kao taoca — 2 kao treći prijatelj.

XLIII

Lectio quadragesima tertia

Prethodna vježba

Utinam id narravisses! Utinam ne tacuisses! Cum id non narraverim, (cum id a me non narratum sit), nunc narrabo. — *Socrates* sapientissimus omnium Graecorum *fuisse* dicitur.

O Polifemu

Celeberrimam fabulam Homerus de Polyphemo narravit, cuius exitum breviter narrabimus.

Ulixes, cum immane illud monstrum uno oculo, quem habebat, dolo privavisset, se sociosque e spelunca Cyclopis clam servaverat et ad navem properaverat. Iam e turpi periculo servati esse videbantur. Nec fuga eorum impedita esset, si Ulixes sociis paruisset et tacuisset. Sed victoria sublatus iram inimici caeci verbis superbis irritavit.

Polyphemus, cum vocem eius audivisset, ingentia saxa adversus navem Graecorum iactavit. Tum universi fuga prohibiti et necati essent, nisi summis viribus navem remis incitavissent. Sic etiam e gravi hoc periculo servati sunt.

Iz (h)istorije

Cum classis Persarum a Graecis victa esset, laetitia omnium civium Graecorum maxima erat.

XLIV

Lectio quadragesima quarta

Prethodna vježba

1) Quid facis (facitis)? Pensum facio (fácimus). — Adhuc pensa solus faciebas (fácere solebas); hodie tecum ea faciam.

2) Vulpes maior natu ad minorem: »Nisi caves, hoc laqueo cáperis. Vide, ne capiaris! Periculosissimum est capi. Fuge hoc periculum!«

Varia

Feci quod potui; faciant meliora potentes! — Omnes scimus Remum a Romulo interfectum esse. — Avari semper multa cupient. — Fac sapienter opus! — Cum duo faciunt idem, non est idem. — Beatius est dare quam accipere. — Hannibal ad Antiochum fugit, ne a Romanis caperetur. — Poëtae narrant Proserpinam a Plutone raptam esse. — Cyrus Croesum vicit et cepit. — Vivamus et faciamus[1] semper ita, ut in omne tempus felices simus.

XLIV [3] Živimo i radimo!

XLV

Lectio quadragesima quinta

Prethodna vježba

1) Što znači: multiplikand (numerus multiplicandus), dividend (n. dividendus), minuend (n. minuendus)?

Paulus est discipulus laudandus. — Laudemus laudanda. — Hi discipuli laudandi sunt.

Ars volandi mira est. — Homo, etsi non aptus est ad volandum, tamen volando aves multo superat.

2) Što znači: laborant (laborans, laborantis); student (studens, studentis), regent (regens, regentis)?

Sententiae

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

Dicendo discimus. — Modus vivendi.

Erranti viam monstra! — Beati possidentes! — Sero venientibus (ad cenam) ossa (dantur).

Pred svršetak školske godine

Magister: Diligentia vestra, pueri, hodie mihi valde laudanda est. Brevi[1] autem feriae erunt. Adhuc imprimis animi discendo vobis excolendi erant, feriis autem imprimis corporis vires vobis reficiendae et exercendae sunt. Dicitur: »Puericia est tempus discendi«; at ego addo: »et gaudendi«. Itaque voluptatis vestrae causa quindecim dies vobiscum pulcherrimas patriae nostrae regiones peragrabo. In schola legendo,

XLV [1] dodaj tempore

audiendo, scribendo erudiebamini; in hoc itinere videndo discetis.

Pulchra enim itinera facientes videbimus ardua cacumina nostrorum montium sole occidente ardentia, amoenas valles lacusque late patentes. Quanto vero gaudio afficiemur, si prima luce in silva viridi teneras voces avium suaviter canentium audiemus! Tum ipsi claris vocibus canemus silvaeque resonabunt.

XLVI

Lectio quadragesima sexta

Prethodna vježba

Hodie numeros Latinos lect**urus** (-a) sum. — Cras ambulat**uri** (-ae) **erimus.** — Ponovite dosad naučene glavne i redne brojeve!

Zbrajanje na latinskom jeziku

Summa[1] pecuniae MMMMMCCCXIX HS	quinque milia sestertium trecenti undeviginti
DLXVI HS	quingenti sexaginta sex sestertii
DCLIV HS	sescenti quinquaginta quattuor sestertii
DCCLXXVII HS	septingenti septuaginta septem sestertii
DCCCXCI HS	octingenti nonaginta sestertii et unus
DCCCCLXXXIII HS	nongenti octoginta tres sestertii
MCCCCXLVIII HS	mille quadringenti duodequinquaginta sestertii

Quot digitos manus tua lata est? Responde! — Quot passus murus horti scholae nostrae in hoc latere longus est, quot in illo? — Quot pedes agger huius rivi altus est? Quot pedes haec fossa alta est?

Quamdiu in hoc opere occupatus eris? Aliquot horas. — Quot annos natus (nata) es? — Quot dierum annus est? — Bene deliberate!

Nekoliko rastojanja u Jugoslaviji

Singidunum abest a Mursa centum quadraginta sex milia passuum, Mursa a Zagrabia CLXXX m. p., Zagrabia ab Emona XCIV m. p. — Quantum[2] abest Siscia a Tauruno, Taurunum a Singiduno, Singidunum a Naisso?

1 = zbroj; (summa od summus = najviši); suma se pisala po rim. običaju iznad sumanada. Zato čitaj najprije sumande, a onda sumu! — 2 Ova se rastojanja mogu naći u „Redu vožnje".

XLVII

Lectio quadragesima septima

Prethodna vježba

Quis ignorat homines saepe peccare, peccavisse, pecc**aturos esse.** — Ponovite dosad naučene redne brojeve!

Pitanja

Quota hora est? Sexta hora[1] est. — Dic: Quota hora ad nos venies? Quo anno maximum omnium temporum bellum finitum est? Anno millesimo nongentesimo duodevicesimo.

Iz rimske (h)istorije

Roma anno ante Christum natum septingentesimo quinquagesimo tertio condita esse dicitur. Usque ad annum a. Chr. n. quingentesimum decimum septem reges regnaverunt. Inde usque ad annum a. Chr. n. XXX continenter fere consules a populo creati cum senatu liberae rei publicae praefuerunt.

Quinque fere saeculis fortissimus ille populus magnam partem orbis terrarum expugnavit. Acerrime cum Carthaginiensibus tribus bellis de principatu pugnatum est. Bello Punico secundo Hannibal Romanos anno a. Chr. n. CCXVI apud Cannas atroci pugna superavit. Sed anno CCI P. Cornelius Scipio Africanus Maior de Hannibale triumphavit. Anno CXLVI Carthago a P. Cornelio Scipione Africano Minore deleta est.

XLVII 1 Prema rim. računanju 12 časova u podne, jer se dan računao od 6 časova ujutro.

Aetate bellorum civilium denique C. Iulius Caesar anno a Ch. n. XLVI dictator[2] imperium occupavit, sed anno XLIV a coniuratis necatus est. Bella civilia ab Octaviano, qui postea Augustum se nominavit, finita sunt. Augustus, cuius aetate Iesus Christus natus est, primus imperator Romanorum fuit. Finis imperii Romani fuit anno CCCCLXXVI post Chr. n., id est anno ab urbe condita MCCXXIX.

XLVII [2] = kao diktator.

XLVIII

Lectio duodequinquagesima

Varia

Magister discipulos pigros semper **hortatur.** — Multi famam, conscientiam pauci **verentur.** — Vivat **sequens!** — Pater filiis bonis multa munera **largitus est.** — Meus aegrotus frater dolores magnos **pati** debebat. —

Spes sola homines in miseriis **consolari solet.** — **Fide,** sed cui, vide! Tempus praeteritum numquam **revertitur.**

Dvije šale

Geminorum fratrum alter mortuus erat. Amicus obvius vivo: »Tú - ne«, inquit, »mortuus es an frater tuus?«

* * *

Alexander Magnus ad Diogenem philosophum profectus est, ut eum cognosceret. Invenit eum sub divo apricantem. Comiter eum salutat Alexander et hortatur, ut aliquid sibi expetat. At Diogenes: »Hoc«, inquit, »unum te rogo, ut a[1] sole paullisper recedas«.

XLVIII — [1] sa

Zadaće

I

1) Grčka i Italija su velike i slavne zemlje. — 2) Sicilija je veliko ostrvo. — 3) Emilija ulazi i pozdravlja učiteljicu. — 4) Ana posmatra geografsku kartu. — 5) Djevojke pokazuju Grčku i Italiju. — 6) Učiteljica hvali djevojke.

II

1) Ana je Julijina (=Julije) prijateljica. — 2) Učiteljičine (=učiteljice) kćerke su prijateljice valjanih djevojaka. — 3) Što pričaš djevojci? Pričam maloj učiteljičinoj kćerci (= maloj kćerci učiteljice) nove priče. — 4) Mi[0] poklanjamo (glagol na kraju!) milim prijateljicama dobro grožđe. — 5) Učiteljičine (=učiteljice) priče su lijepe. — 6) Ja[0] poklanjam prijateljici lijep grozd.

[0] Ovaj znak označuje da ne treba prevesti riječ uz koju se ta oznaka nalazi.

III

1) Iz male vile mi[0] se žurimo u sjenu obližnje šume. — 2) Vi[0] pjevate u gustoj šumi. — 3) Ti[0] si dobra, djevojko! Vi[0] ste dobre, djevojke! — 4) Emilija zabavlja prijateljice novim pričama. — 5) Ana se kiti lepom ružom. — 6) Mala životinja sebe bijegom spasava.

IV

1) Vrtovi seoskih kuća[1] su veliki. — 2) U vrtu pozdravljam djedove (=djeda) prijatelje. — 3) Pavao se vozi s prijateljima na Dunavu. — 4) Pavle, pokaži prijatelju (prijateljima) nove kuće[2] ljupkih sela! — 5) Što djed priča? — 6) Djed priča Avgustu i Pavlu o starim narodima.

[1] seoska kuća = villa, -ae, f. — [2] villa

V

1) Mi⁰ vidimo požar velike zgrade. — 2) Opasnost požara je velika. (Prevedi i u pluralu!) — 3) I susjedne zgrade su u velikoj opasnosti. — 4) Veliki je napor seljaka. — 5) Seljaci spasavaju konje i staje⁰ od opasnosti[1] požara. — 6) Peta zadaća[2] je mala.

1 ablativ! — 2 pensum, -i, n.

VI

1) Naš učitelj je pravedan čovjek. (I plural!) — 2) Marljiv učenik je učitelju mio. (I plural!) — 3) Dobar i marljiv dječak voli lijepu knjigu. (I plural!) — 4) U vašoj latinskoj knjizi ima lijepih priča (= jesu lijepe priče). — 5) Zdravstvuj, dobri čovječe! Zbogom (ostaj), dragi dječače! (I plural!)

VII

1) Moj djed je valjan i marljiv seljak. — 2) Sjena visoke bukve osvježuje (=naslađuje) marljive seljake. — 3) U našem selu ima lijepih brijestova (= jesu lijepi brijestovi). — 4) Veselom mornaru pripovijedam lijepu priču. — 5) Mnogi naši pjesnici su slavni. — 6) Kako je lijepo s prijateljima u šumi pjevati i u hladu (=sjeni) sjediti!

VIII

1) Učitelj često pričaše učenicima o rimskom narodu. — 2) Na rimskom forumu bijahu mnogi hramovi i lijepi kipovi. — 3) Rimski forum bijaše velik. — 4) Knjiga o starim Rimljanima sviđaše se mojim prijateljima. — 5) Ratobornim Rimljanima uvijek se sviđahu veliki ratovi.

IX

